

laudis pars magna debebitur. Spero enim nondum
 animo Tuo excidisse, amicissime Schneidewin,
 noctium nostrarum quondam Atticarum memoriam,
 quas quum dulcissima triumvirali societate juncti
 variis de literata antiquitate et de Turcis deque non
 Turcis sermonibus extenderemus, tum vero Aeschy-
 lum, cujus omnes mirifico amore tenebamur, cre-
 bris disputationibus usurpabamus. Et discessu Tuo
 viduata non extincta societate Emperius editionem
 paranti amicissime auxiliatus est, prope singula me-
 cum disceptavit, multos locos egregie emendavit.
 Inter tot locos autem maximis difficultatibus obstru-
 ctos non mirum fuisse, quibus judicium utriusque
 nostrum dissentiret. Cujus generis est carmen quod
 legitur v. 742. Quod carmen quum sit ejusmodi,
 ut multis locis magis quid Aeschylus potuerit scri-
 bere quam quid scripserit, conjici queat, uterque
 nostrum ut certe legi carmen possit, conjecturis ef-
 ficere conati sumus. Quod eo modo quo Emperius
 potissimum constituendum existimat scriptum in fine
 libri addidimus. Scribebam Brunsvigae mense Ju-
 lio MDCCCXL.

Quippe quum multa in hoc carmine
 non ob aliam causam nonnulla recte emendata aut
 intellecta esse patet, nisi quod interpretes sceler-
 timum ordinem et usum neglexerint, tum vero in
 Chophoris eius rei duo sunt exempla insignia, car-
 men chori primum et celeberrimum ille inter Gre-
 cæm Electam Chorum communis, in quibus primum loci
 nulli inveniunt aut corrupti aut ad intelligendum diffi-
 cillimi, eos non alio modo emendari et explicari
 posse, apparet, nisi universi carminis nexu antea
 constituto. Qui summis diu tentibus operibus ut
 plane apertus esset, ne summorum Virorum quidem
 curæ efficerent.

Tam superest, ut gratias persolvam Dnm-
 vris mihi conjunctissimis Adolpho Emperio et
 Frederico Guilielmo Schneidewin, quibus, si
 quid bonæ fidei inesse in hoc libro iudicatur, eius